



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

17. Dies Janvarii. Ubique possemus invenire cœlum, si cor nostrum esset
in code Dei S. Antonius.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Januar, biam, fraudem curiæ, injustitiam foro, discordiam multitudini, avaritiam ferè omnibus extorquebis : Facilius erit omnesulphur ex Æthnæ visceribus, omnē cœnum è cunctis paludibus egerere, quām mala hæc, quām hanc scelerum colluviem ex urbium sentina exhaustire. Quid ergo ? Pestes hujusmodi si non potes fugare, potes fugere. Ut fugias, ad solitariæ vitæ portum confugias necesse est. Quām jucundum, hocce in secessu stare velut in specula, res, curasque hominum, vel pedibus intuentem, videre omnia, re que imprimis cum universitate transire, nec senectutem tacite subrepentem, prius molestam pati, quām proximam suspicari. Sed eam multò antè prospicere, & præpare illi integrum corpus, & æquum animum, nosse vitæ umbram hanc non vitam, diversorum non domicilium, viam esse non patriam, non locum quietis, sed palæstram ; non amare quæ fugiunt, optare quæ permanent, semper te meminisse mortalem, sed cui promissa est immortalitas. Adhuc ne times in illa solitudine, deses otium, cui incumbit tantum negotium ? Negabis laborem negotiis maximis, qui illum impendis minimis ? Nil sinelabore.

17. DIES JANVARII.

Ubique possemus invenire cœlum, si cor nostrum esset in code Dei. *S. Antonius.*

Quid in solitudine agendum & cogitandum.

I.

Q

Uām sit in solitudine sua vis Dominus : exemplo su convicit magnus ille Orientalium, & Orientium
Mona-

Januar.

Tessera.

43

Monachorum Princeps Antonius. Cujus hodie memoria , cùm ab universa recolatur Ecclesia, ab eo, propter eum, prompta est hodierna tessera. Bina fuit ipsi solitudo, corporis , & animi ; corporis, in deserto eremi, animi, in corde Dei. In altera fuit Eremicola, in altera cœlicula. Imò aditum nobis patefecit ad cœlum in terris, extrà cœlum , velut aureâ clavi, illâ suâ sententiâ, quæ nobis est tessera. *Ubique possemus invire cœlum, si cor nostrum esset in corde Dei.* Vecors est, imò sanè excors , qui quærit aliud, in quo quiescat cor ejus, centrum, quam cor Dei. Hoc cœlum, multis celatum, reperit Antonius illic, ubi pauci quærunt, vix ulli inveniunt, in solitudine Ægyptiaca. Is cùm inanis gloriæ fugiendæ causa , ab inhospita eremo fugeret, & ad ripam fluminis sederet, consilii incertus: Vox ad eum de cœlo delata est. Sed quæ illa ? an forsitan hæc ? Fuge solitudinem, urbes cole: locus hic est tædii, ille gaudii ? Alexandriam pete, patriam repepe. Audi quam ipse audivit vocem. *Si quiescere cupis Antoni, vade ad interius desertum.*

II. Vix audivit vocem, illico gessit morem. Et adyta intima penetrans , jam urbes videbantur illi carceres , Eremus Paradisus. Jam declinis ætas vergebatur ad annum nonagesimum , cùm jussus est quærere alium se ætatem superiorem , Paulum Thébaeum: quem ubi reperit , cum eo ad fontis exigui ripam , & palmæ veteris umbram confidens , tanto latus hospite, cœpit cum illo de cœlestibus arcanis, multis sermocinari. Bone Jesu ! quale horum par, Paulus, & Antonius, quæ suspiria, qui dialogi! qui sermones! Quidquid Principes impetrat, quidquid Consules deliberat, quidquid Prætores edicunt, quidquid statuant

statuunt Legiferi, quidquid fabulantur populi, quidquid Philosophi disputant, quidquid Rethores clamant, quidquid Sophistæ cavillantur, sacro illi, ac suscipiendo colloquio admotum, merissimas nugas, & verborum quisquilias dixeris. Horum ego seni-
culturum Eremitarum congressibus, ac colloquiis
datum esset, interfuisse maluerim, quām Regum
omnium consiliis, quæcumque vino, vel avaritiā, ve-
feritate ebrīi, cūm purpuratis suis agitant. Felicior
tunc solitudo Thebaidis, quām quævis cujusvis aula
Cæsaris, quæ duos tales accolas uno tempore meruit.

III. Quis igitur etiam cum ambitu non affecta
in solitudinem se abdere, in quo reperiet tot abdita
bona, quibus evadat bonus, quin & beatus? Fingi
si potes quid jucundiūs, quām solum sedentem sine
arbitris, facere omnia suo arbitrio, nec sine merito
Mittere retrò memoriam, perque omnia sæcula, &
per omnes terras vagari, & versari passim, & collo-
qui cūm omnibus, qui fuerunt vel conspicui gloriā,
vel eximii sapientiā, vel illustres sanctimoniam heroēs,
nonnumquam & te ipsum, & suprà se elevatum ani-
mum inferre rebus cœlestibus, meditari quid illic a-
gitur, & meditando animum inflammare, teque vi-
cissim cohortari. Inter hæc, & lectioni dare ope-
ram, & scriptioni, & alternum laborem alterno so-
latio lenire, legere quod scripserunt primi, scribere
quod legant ultimi. Cogitare quotidiè quid est, quod
reliqui, quid est quod secutus sum? Quale est quod
patior, quale quod expecto? quantum est quod se-
vi, quantum est quod metam? quām brevis tempo-
ris jacturā, sed lucro, & usurā, felicitatem negotier.
æternam, & dimissis hominum fastidijs, quæ repe-
riuntur

uar.
uid-
s de-
lli, ac
ugas,
seni-
iissi-
gum
â, ve-
cior
aula
eruit
ecte
odita
l'ing:
sine
rito
. &
ollo-
riâ,
roës
ani-
lica-
e vi-
ope-
o so-
bere
quod
quod
d se
mpo-
tier.
pe-
ntur

Januar.

Tessera.

45

riuntur etiam in summis fastigiis, ubi nubiumque periculis, ubi verè est Infernus ille viventium, cuius meminit David, ad supernam patriam properantem, & anhelantem ante ultimum halitum, jam nunc esse fælicem. Ecce hic Beatitudinem in solitudine, Paradisum in deserto, cœlum in terra. Quare, nisi exossum tuam fœlicitatem, ambis esse miser, aggredere quod suadeo opus, ingredere quam proposui solitudinem, & si terreat te in aditu itineris, via illa arcta, & angusta, sis memor illius metri:

Est iter angustum, quod tendit ad aethera sursum.

18. DIES JANUARII.

Meditatio, punctum est, unde dependet æternitas. S. Bern. lib. 2. de Confid.

Princeps in 1.
solitudine o-
pus, est fre-
quens medi-
ratio.

Hactenùs multa de hominū turba, & multitudine, nec pauca de solitudine, &c in laudem solitudinis. Nunc autem ille qui solus est, ne solus sit, & in otio otiosus, quid ager, quod egisse pretium fuerit operæ? Prima ejus occupatio, sit frequens & solers Meditatio. Quid homini tam est proprium, immò continuum, quam consideratio, quam mentis cogitatio? Audi Tullium: (a) *Docto homini, & erudito, cogitare est vivere.* Quid igitur probrosius homini, quam tam nobilem mentem divinitus ei concessam obbrutescere & contaminari corporis colluvione, occupare quisquiliis, nec se attollere ad æterna? Divine suo more de consideratione Divinus Dionysius, qui ait, esse motum

(a) 4. Acad.